

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## LIBER

semp conuenit astro& ac celi uestigare rōes. pr̄stat interdum ad patriam curas cogitationesq; conuertere: & ego non semp meis uaco fabulis: ueg; & bellis in tersum qbus in se inuicem itali s̄euunt. Quoniā uero de pythagora diximus: dicendū iam de pythagoricis illustribus uiris: post quos dicendum erit de his q sparsim a pl̄erisq; referunt. Tum deinceps adnectemus successionis seriē me morabilium uiro& usq; ad epicurum sicuti supra promisimus: de theana quidē & thelauge iam diximus dicendum modo de empedocle primum: nam secun dum quosdam pythagoræ auditor fuit.

Empedocles.

**E**mpedocli ut ait hippobotus meto pater: auus empedocles: agrigentinus fuit. idem & timaeus refert in. xv. historiae libro insignem fuisse uir empedoclem poetæ auum. hermippus eadem ferme ait. heraclides itidē in libro de morbis clara ex familia fuisse auū equosq; nutrisse tradit: dicit & era tosthenes in olympionicis. lxxi. olympiadem uicisse metonis patrem aristotelis utens testimonio. Apollodorus autem grammaticus in chronicis metonis qui dem filium fuisse ait. cæterum ad thurios nuper omnino conditos uenisse glaucus ait: deinde post pauca. q uero inquit domo pfugum uenisse syracusas & cū illis aduersus athenienses bellasse aiunt: prorsus id mihi ignorare uidentur. Aut enim iā defecerat: aut oīo ualde senex erat id quod minime pbatur. Nanque & aristoteles ipsum & heraclitum. lx. atatis anno uita excessisse ait: qui uero. lxx. & primā olympiadem uicerat eques eodē censebat nomine. Ita & tēpus ab apollo doro significat: satyrus at in uitis empedocle ait filium fuisse exaneti. Reliqs se at & illum filium exanetū: eademq; olympiade ipsum quidē equestri certamine uicisse: filium uero illius lucta siue ut ait heraclides in epitome cursu. Verum enim ego in fauorini commentariis repperi empedoclem & bouem mactasse spectatoribus ex melle & farina: fratremq; habuisse callicratidem. Telauges aut pythagoræ filius in epistola. ad philolaum empedoclem ait archinomi fuisse filium. Quod autem agrigentinus ex sicilia fuerit ipse in principio lustrationum refert. hactenus de genere ipsius: audisse autem illum pythagoram. Timaeus auctor est in nono historiae dicens depræhensum quod orationem furatus esset sicuti & plato: atq; iō ad consortium sermonum admitti phibitum. ipsumque meminisse. pythagoræ dum illum insignem doctrina uirum appellat qui maxima nosset animiq; excelleret opibus. Sunt qui ista de parmenide dixisse putant. Refert neanthes pythagoricos usq; ad philolaum & empedoclem ad sermonū cōionem admitti solitos. Vbi uero ipse poemata illa uulgare coepit: latam esse legem uti uersificator oīs inde arceretur. Idem & platonem pertulisse aiūt. qppe & hunc fuisse phibitum quem tñ illo& audiuerit empedocles non dixit. Eā. n. quæ telaugis fert epistolam quod hippasum ac brontinum audierit non usque quaq; pbari: enim uero theophrastus parmenidem illum imitatum dixit: ipsius q; æmulum & in poematibus fuisse: qppe & illum uersu physice rōis aperuisse.